



Ant. Geinberg's Buchlein

Nr. 59. 2.

R E C T O R
A C A D E M I A E L I P S I E N S I S
A D
P E N T E C O S T A L I A S A C R A
S O L E M N I O R A T I O N E
I N T E M P L O A C A D E M I C O
C O N C E L E B R A N D A
I N V I T A T

*Spec. IV. providentiae, ex fine sermonum Elibui, et sententia ipsius
Dei decretoria a Cap. XXXV. ad C. XLII.*



R E C T O R

A C A D E M I A E L I P S I E N S I S

A D

P E N T E C O S T A L I A S A C R A

S O L E M N I O R A T I O N E

I N T E M P L O A C A D E M I C O

C O N C E L E B R A N D A

1757

Dr. H. ...
...





Quod vsu venire adhuc solet, ipsique Deo et Apostolis hoc festo contigit Pentecostali, vt recte didis factisque, immo summis saepenumero beneficiis adeo, maleuoli offendantur homines, et iniquis ea censuris peruertant et criminationibus: Idem iustis Iobi, de prouidentia diuina, sermonibus contigisse, mirum non est, cum adeo incaute multa et intemperanter dixisse videretur Elihuo, vt cauendae offensionis causa, eum non reprehenderet tantum et excusaret, sed etiam sanioris sententiae suae explicationem ab eo ipso postularer c. 34. 36. 37. Ad haec autem, cum nihil Iobus responderet, in coepto Elihu studio pergit, remouendi factum ei c. 34. 9. opprobrium, quasi sua, de sorte piorum et impiorum opinione, omnem religionis vtilitatem auferret, omnique modo vteriori veritatis explicatione et defensione cauere contendit, ne quis forte eo abutere- tur ad sinistre de Deo, eiusque cultu et cum hominibus agendi more, sentiendum, Quem in finem ipsum *primo* Iobum C. XXXV. *) admonet,

A 2

ne

*) Ad C. XXXV. v. 2. מַשֵּׁשׁ Houb. temere negat, de eo quod iustum est, vsurpari, ideoque pro הַשֵּׁשׁ legat vt Syr. et Ar. בְּזֵמַת הַשֵּׁשׁ in hoc alligatus es iudicio, v. 3. Idem aequae temere Suff. הַשֵּׁשׁ addit Voc. מַשֵּׁשׁ, cum hoc de se Iobus, הַשֵּׁשׁ autem de Deo dixerit, rectius vero מַשֵּׁשׁ vertit: si ego reus sum, quam Mich. was habe ich von meinen Sündopfern? quae Iobi aetate nota iam fuisse, non satis constat, vbi tantum holocausta memorantur. v. 9. Parum differt, an מַשֵּׁשׁ legamus, σκαφαντρεμενοι vt plerique habent, an מַשֵּׁשׁ oppressores, vt vult Mich. v. 10. Houb. pro מַשֵּׁשׁ vt Syr. et Ar. legit מַשֵּׁשׁ cogitationes, (aeque inepte ac Sep. מַשֵּׁשׁ φυλακας. v. 11. Houb. putat, Sep. legisse מַשֵּׁשׁ διαριζων, ex הַשֵּׁשׁ separauit, quos potius duplicis verbi sensum vna dictione explicasse reor, quod scilicet sua Deus disciplina institutos a brutis secernat homines, quam ob causam alterum verbum הַשֵּׁשׁ omittunt, aequae ac Syr. et Ar. מַשֵּׁשׁ. v. 12. מַשֵּׁשׁ Mich. ad מַשֵּׁשׁ refert, idque repetit: sic rufen über den Stolz der Bissen, quod aptius Versf. ad יַעֲרָה referunt, vt Sep. μη υψαλαση απο υψους; ποτιρον, siue vt Schulteni, habet: a minace vultu superbiae non liberabit. v. 13. מַשֵּׁשׁ Houb. מַשֵּׁשׁ addit: clamorem vanitatis, quia alias hoc Mascul. non congruere putat foemin. verbi מַשֵּׁשׁ, cuius ignorat *nequam* potestatem, quae iam saepius occurrit. Syr. autem et Ar. מַשֵּׁשׁ ad finem v. 12. inique trahunt, et מַשֵּׁשׁ pro canere accipiunt. v. 14. מַשֵּׁשׁ hic non de *actu iudicandi*, sed de *libro et causa* disceptanda intelligo, quae iam delata ad iudicem, vel coram eo decisa dicitur. v. 15. מַשֵּׁשׁ de cura rei, sensu etiam iudiciali adhibetur, quem expriment Versf., מַשֵּׁשׁ autem generatim pro delicto accipiunt Vul. Sep. Syr. et Ar., vnde מַשֵּׁשׁ legendum putat Houb., rectius vero Mich., hoc vertit: die ausgelassene Freude, quia מַשֵּׁשׁ crescere, turgere, de vitulis et equis in Scr. S. adhibetur, ex saginae

copia

ne iustum hoc esse credat, vt profanos sua tantopere abuti patiatur sententia, nec sufficere putet, quod Deo fati explorata sit causae suae iustitia, aut cogitet, nec illi esse profuturum, si eam vberius defenderet, nec sibi, si peccati reus ageretur v. 1-3. Deinde vero vtrique simul parti, ex summa summi Numinis eminentia demonstrat, nihil vtrique ipsi quidem Deo noceri, si sceleratorum improbitatem sic pateretur augeri, nec illi prodesse, si iustam promouendae pietatis causam tueretur v. 5-7., in homines autem eiusdem naturae et indolis, multum omnino, vel detrimenti, vel commodi, ex vtroque posse redundare v. 8. De eo enim facile nimis dubitare solent plerique, qui, vbi tyrannorum potentia vim aliis inferri vident, nihil suam hominibus improbitatem prodesse clamitant, nihil sua aliis obesse scelera lamentantur: ad Deum autem vix quisquam animum conuertit serio colendum, etiamsi medias saepe inter calamitates, iucunda tamen et grata malis miscere soleat, quo ex hac eius disciplina sapere prae iumentis discant imperiti v. 9-11, quare mirum non est, inanes eiusmodi parum a Deo curari clamores v. 12. 13. Quanto igitur minus, ad Iobum ait v. 14., te ita decebat quiritare, quod non possis in eius conspectum tuis venire precibus? Posita iam est in eius conspectu causae tuae disceptatio, modo expectes ferendam eius sententiam. Hanc ipsam enim ob causam, quod non ita subito, in ferociter lasciuientes ex saginae copia, animaduertit ira Dei, imprudenter Iobus ita sentiens, dura nimis et culpae grauioris plena dixisse putatur v. 15. 16.

Postquam igitur tam Dei, in sapienter regendis hominum fati, iustitiam satis Elihu defendit, quam Iobi sermones a metuenda ex iis offensione vindicauit c. 33. 35., eo nunc dirigit finem sermonis, vt ipsas eorum causas, quae intemperanter nimis et importune Iobus dixisse videretur, tranquillandi eius animi gratia remoueret, turbatae nimirum
mentis

copia lasciuientibus et ferociter exultantibus, vnde Ar. superbiam significat et arrogantiam. v. 16. Si verum esset, quod Mich. sentit: Elihu setzt als gewiß voraus, daß Gott stets schon in dieser Welt strafe und belohne, eundem amicorum Iobi errorem ipse tueretur, quos tamen reprehendit, nec eius causa, aequae ac illi, a Deo reprehenditur. Igitur Iobum potius ab eorum vindicat opprobriis, quod, quoniam recte omnino, non semper Deum in hac vita punire, sentiret, ideo eum imprudenter esse locutum, et pietatis vim omnem et vtilitatem e medio sustulisse, existimarent. Sic enim verto: weil Gott nicht gleich alle Frechheit bestrafe, so muß Iob mit Unverständnis harte und anstößige Dinge geredet haben, יביר Sep. בארבע מנאטו.

mentis impetum, quo vel *nimis aegre* ferebat malorum, quibus affligebatur, grauitatem, vel *nimis curiose* rimabatur occultas prouidentiae, quae ea immiserat, rationes. Vtrique malo obuiam ire iam incipit C. XXXVI. *), vbi praemissa, tam *causae bonitatis*, ex longo rerum vsu repetendae, quam *animi* contestatione integerrimi v. 1-4., generatim primo monet, nunquam Deum, vt quidem Iobus c. 23. 6. existimauerat, ex *sola*, quam habet, *potestate* cum hominibus agere, sed *iniquae* potius *improborum*, et *iustae* *piorum* causae exactam semper rationem habere, adeo, vt in iustitiae eius tuendae partes, vel ipsam regum dignitatem trahere, haud raro soleat v. 5-7. Quando igitur inopinata saepe iis mala eueniunt, eo semper saluberrima spectant prouidentiae consilia, vt suorum quisque peccatorum et emendandae mentis

*) *AdC. XXXVI.* v. 3. למרוק. v. 3. de eo intelligo, quod inde a remotissimis temporibus longo fuit vsu comprobatum, cum Mich. inani hoc tribuat iactantiae: ואם עִלְבּוּ הִיֵּר בְּרֵי הַרְנֵה הֶרְבֹּהֵל יוֹלֵל, kann ich nicht finden. v. 4. Id. rectius vertit עִלְבּוּ intra te erit, i. e. tibi se probabit integra rei veritas et euidentia: eine unversältschte Lehre, selbst nach deinem Urtheil. v. 5. ימאם Versl. plerumque cum sequ. בְּרֵי coniungunt, quod iustum, purum et innocentem vertunt Chal. Syr. et Ar., non quod בְּרֵי legerunt, vt vult Houb., sed quod לֹב לֹב siue pro fortitudine animi, siue pro vno Voc. כְּחֹב acceperunt vt Syr. et Ar. atque Hieronym., qui purus est sicut lac, quod tamen Sep. ad v. 6. referunt: δυνατός ισχύος καρδιάς ασεβών εν μη ζωοποιουσα. v. 7. מלכים est cum regibus in folio, Mich. bene explicat: er ist besonders gegenwärtig bey ihrem Gerichte, und sorget dafür, daß die Unschuld gerettet und die Bosheit gestraft werde. Ita vero ישיבם et יבבה non ad ipsos reges, sed ad iustos et v. 6. ad miseros pertinet, quos regum ope et auxilio in tuto Deus collocat, siue vt habet Aut. Obsl., una cum regibus imponit folio vt I Sam. 2. 8 dicitur. v. 12. בכלי רעה Sep. copiosius explicant: בְּכֵלֵי רֵעָוִת וְדֹתַי וְשִׁבְרֵי מֵוֹתָי אֲנִי וְכָלֵי רֵעָוִת, reliqua paucis quoad sensum v. 13. מִן ישיבם ex alia lectione Mich. vertit: sie blasen das Feuer des göttlichen Zorns nur noch weiter an, rectius Sep. de insolentia hypocritarum interpretantur: אֲזַעֲזֵם הַמֵּוֹתָי, animum contumaciter erigunt et diuini oblungantur castigationibus adeo, vt לא ישיבם ne Deum quidem inuocare velint, quare non opus est legere quod vult Houb. ישיבם non saluabuntur. v. 14. כְּעֵרִי עַל הַמֵּוֹתָי Sep. habent, de *immatura*, vt בְּקִדְשֵׁי מִן de turpissima cinaedorum morte intelligo, quod Mich. aptius vertit: unter der unzüchtigen Jugend und den zur Schande gedungenen Knaben, quam Houb. ex idiom. Chal. in sponsalibus. v. 15. Vi oppositionis בְּגֵי de humilitate potius, quam de afflictione intelligo, vt Sep. Syr. et Ar. v. 16. מִפִּי צַר bene Mich. explicat: ex ore angustiae, i. e. mediante hac sua disciplina si te quoque eo induxerit, vt aures tibi ex v. 15. aperiri patiaris, tunc eius loco רחב ampla tibi contingeret liberatio — v. 17. דִּי־רָשָׁעִי ex coepti sermonis nexu constat, non *accusationem* Iobi continere, sed datae v. 16. promif-

tis vitaeque admoneatur v. 8-10. Cui consilio qui morem gesserint, meliori non raro forte fruuntur, qui non, tandem misere pereunt v. 11. 12. Atque sic pariter cum obstinatis agere solet *hypocritis*, quos praematurae saepe et turpissimo perimit exitio v. 13. 14., *humiles* e contra eripit, qui submisisse se gerunt, quando aures iis in calamitatibus aperit ad obtemperandum v. 15. Deinde ad Iobum haec transfert, cui amplissimae liberationis spem facit, hac ipsa lege, si *afflictionum velut ex ore* monita diuina animo exceperit obsequioso v. 16., si *iudicium improbi* impleuerit, i. e. fines castigationum Dei, ante memoratos, quibus improbi instar habeatur v. 17. Nam ideo tantum Deus malorum aestu homines affligit, ne ad securitatem inducantur per bonorum abundantiam et efficiendae iis *expiationis copiam*; siquidem parum ad hunc finem

promissionis *conditionem*, ideoque de *sine iudiciorum Dei* intelligendum esse videtur, quibus improbos affligit, siue vere tales, siue ex hominum opinione, quod in dubio relinquit Elihu, eique apte respondet *וְאֵלֵי מִי*, implere rei finem et summo studio perficere. Mich. intelligit Richter'sprüche, die du gegen die Gottlosen aussprechen wirst, die auch zutreffen werden, *וְאֵלֵי מִי* sic werden sie ergreifen, quod mallet, ex frequentiore vocis usu, quae de sustentione et auxilio adhiberi solet, vel sic explicare: *obtinebunt, sincent tandem iudicium et causa iusta, aut te sustentabunt*, vel sic, vt Aut. Obs. *causa et iudicium se inuicem sustentabunt*, i. e. sententia iudicis sequetur meritum causae. An autem maior sit significantia, vt Houb. censet, si *וְאֵלֵי מִי* legatur: consumet eum, siue penitus euertet iudicent alii. v. 18. *וְאֵלֵי מִי* siue de aestu irae, siue de calamitatum calore accipiatur, nullo tamen modo copulari potest cum Mascul. *וְאֵלֵי מִי*, quod ideo ad Deum merito refert Mich. denn er beweiset Zorn, damit er dich nicht zur Spötheterey reiße, siue vt Sep. Syr. et Ar. *וְאֵלֵי מִי* explicant: ne forte per abundantiam diurnae felicitatis te ad securitatem inducat, *וְאֵלֵי מִי* aut magnitudo pretii te declinet a via recta. Quale vero hoc? An quod vult Aut. Obs. *auri argentique vis*, qua veller ipse sibi Dei beneuolentiam redimere et se a malo liberare? quod quidem de Iobo vix erat praesumendum, poterat tamen cautionis loco eius admoneri, ne forte promissorum v. 16. bonorum copia abuteretur; cui sententiae bene insuper fauet v. 17. vbi parum eam a Deo aestimari dicitur. An hoc forte intelligit Elihu, de quo ipse iam dixit c. 33. 24? Mallet hoc, quam quod sentit Mich. hierunter wird vermuthlich nicht das Lösegeld Christi, sondern überhaupt der Reichthum der Gnade Gottes verstanden, nach welcher er Sünde vergiebt; quod quidem ab usu vocis *וְאֵלֵי מִי* abhorret, modestius tamen dicitur, quam quod ait Aut. Obs. *qui Christi redemptionem hic somniant, nunquam inter-Criticos. aut idoneos interpretes censori meruerunt.* Non ergo Criticum decet de Christo cogitare, etiam si siue verborum potestas hoc admittat, siue series orationis? quam hic utique obitare concedo. Houb. *וְאֵלֵי מִי* cum Vul. vertit munera, et pro *וְאֵלֵי מִי* legit *וְאֵלֵי מִי* in iudicando

finem, a Deo aestimatur summa liberalitas, nihil auri valet praestantia
 omnisque humanae potestatis eminentia v. 18. 19. Cauendum igitur
 esse monet, ne suae forte afflictionis causa, irato aduersus alios animo,
 ad acceleranda Deum supplicia prouocare ausit: huius enim iniquitatis
 cauendae causa, tot eum iam malis probari existimat v. 20. 21. In-
 primis autem a nimis curiosa consiliorum Dei inuestigatione eum reuocat,
 quem, si sublimia fecerit, quae omnem excedant humani ingenii in-
 telligentiam, quis vel reprehendere, vel eorum demonstrare ausit ra-
 tiones? v. 22. 23. cum laudibus potius celebrare fas sit opus tale pro-
 uidentiae, in quod adeo intenti sint tot hominum oculi, vt finem eius
 experiri, aut de longinquo, quo tandem abitura res sit, prospicere
 contendant v. 24. 25. Quam enim sit imperferutabilis, tam praestantia
 eius

dicando caue, te ira seducat. v. 19. שׁוּעַ vt c. 34. 19. pro opibus, aut li-
 beralitate accipio, et בָּצָר vt c. 22. 25. pro auro, עֵרָא autem, vt c. 28. 17.
 pro aestimatione, eaque tanti Deus utique non habet, vt vel eorum causa
 suis homini castigationibus parcat, sin iis indigeat, vel eas hoc pretio re-
 dimere pariat. Atque sic forte explicatur רַב־כֶּפֶר ex v. 18. praec. v. 20.
 Nec est, quod alios vel magis hac indigere dicant correctione, vel adeo
 repentinum mereri exitium, miseri existiment; idque hic dicitur מִלְּיָמִי
 Mich. die Nacht des Gerichts, funestum hoc tempus, quo e medio
 tollantur, ex עָלָה non vt vult Houb., ex עָלָה malo affeere, quod non
 admittit hanc formam. עֵרָא afflictos inique vertit Houb ex v. עָרָא, vt
 מִלְּיָמִי ad inferiora, siue in terrae sinum, quod quidem Mich. ex מִלְּיָמִי ver-
 tit: zu dem, was ihnen schrecklich ist, rectius autem de sede funditus sub-
 lara intelligitur. v. 21. מִלְּיָמִי cum עָלָה-וֹהוּ tanquam abiecto, vix potest co-
 pulari eo sensu, quem habet Luth. cum Vul. hoc elegisti ob afflictionem,
 et Aut. Obs. huc conuersus es ex taedio miseriae: non eo quidem sensu,
 quod mallet iniquitatem committere, quam ferre calamitatem; sed quod
 mallet aliorum supplicia, quam sua. Rectius igitur Syr. et Ar. פָּסִינָה
 accipere mihi videntur: propterea probatus es per hanc calamitatem, vt
 Houb. ideo te nunc probant res aduersae. v. 22. מִלְּיָמִי Houb. vt Sep. pro
 מִלְּיָמִי accipit, מִלְּיָמִי. v. 24. Houb. מִלְּיָמִי legit, vt Sep. Syr. et Ar. Deus
 magnificum fecit opus suum, מִלְּיָמִי autem vt Versl. et Mich. canunt, lau-
 dant; quod tamen, cum prius ad Iobum magis, vt postularum ab eo of-
 ficium spectet, intuendi potius significationem habet, quae etiam cum
 v. 25. aptius cohaeret, vbi per מִלְּיָמִי explicatur: defixos in hoc oculos
 intendunt. v. 26. Houb. legit מִלְּיָמִי cum מִ priu. sine numero, quia seq-
 uentem seriem interciperet: quasi ignoraret vsum voc. מִלְּיָמִי quod praepo-
 situm annis, multitudinem significare solet. v. 27. מִלְּיָמִי Mich. contorto
 de aeternitate Dei explicat: sic erschöpft gleichsam die Wassertropfen, re-
 ctius Chal. cohibet guttas aquarum, quae liquant imbrem in vaporem
 suum, vt euanescat. Atque sic non opus est cum Houb. legere מִלְּיָמִי pro
 מִלְּיָמִי, vtres eius pluuia intumescunt. Rectius Mich. die bey seinem Wet-
 ter

eius infinita, quam aeternitas, quo spectant providentiae opera, ex admirando iam satis constat huius uniuersi regimine, vbi saepe cohibet *imbres*, quos alio tempore copiosius effundit v. 26-28., vbi *tonitrua* de coelo obnubilato et *fulgura* emittit, ipsumque *maris solum* quasi velo nubibus obducit v. 29. 30. His autem naturae operibus, vel *punire* homines, vel *bonis cumulare*, vtraque vero illa *manu*, tam *bene*, quam *male faciente*, consiliorum suorum occultare quidem solet rationes; vtrique tamen eorum ita praecipit sapienter, vt his tantum, quos obtulerit ipse, eueniant v. 31. 32., siquidem vel indicat iis, cui parcere iubet, *amicum*, siue ad vindicandam ea prouocat *iniquitatem* v. 33.

Orientem Elihu cum, haec dicendo, tempestatem appropinquare videret, boni eam malive ominis rem esse, siue verè suspicetur perterrita

ter fließen, siue sic potius: die sonst fließen und Regen geben würden, wenn sie Gott nicht zurück hielte; dagegen B. 28. zu andrer Zeit die Wolken trüben — v. 29. Houb. pro יבין legit יבין si parat expansiones nubis, et חשך ex חשך eleuare, vertit: agglomerationes, repetito עב, nubium, cum sine hac inutili verborum mutatione plana sint omnia: wer verseht das Krachen in seinem Gelezt, ex שאה Ar. rupit cum fragore, cui v. 30. bene respondent fulgura, de quibus אור אור intelligit Vul. Syr. et Ar. שרי הים Mich. commode vertit: er bedeckt den Horizont der See mit dicken Wolken, cuius loco Houb. legit הים diei operit radices, i. e. orizon obscuratur, collecto intra nubes lumine, vt פיש explicat, ex potestate, quam olim veteribus vsitatam dicit Castell. retrahit ad se. v. 31. יבין quod habent Verff., Houb. tamen non placet, qui sublata oppositione, inter punire et beneficia conferre, pro autoritate ponit יבין nutrit, scil. per nubes. v. 32. על-כפים Mich. vertit: mit beyden Händen bedeckt er das Licht, i. e. man sieht die Hand nicht, die die Blitzen schwenket, sie ist gleichsam bedeckt, bene quidem; sed quid vtraque illa Dei manus? nisi ex v. 31. vel *puniens* illa, vel *beneficiens*? de qua apte ad rem praesentem dicitur: occultat lumen, i. e. consiliorum rationes, ורץ et tamen praecipit vtrique eorum, במצב de occurrente, siue de eo, quem obuiam obtulerit. Mich. er hat ihm die Bahn bestimmt, die er nehmen und wem er treffen wird, quod iterum Houb. temere et inutiliter mutat in מלצויע vt non occurrat. v. 33. Distincte nunc explicatur, quis sit מצויע, scil. aut רעו amicus Dei, quem iubet inuiolabilem seruari, aut עולה efferens se insolenter, siue vt Sep. habent ילה אלה ^{מקנה}, Mich. er übet Zorn am Unrecht, מקנה legens ex קנה, pro מקנה. Potest tamen etiam מקנה ad amicum referri, quem vt peculium seruari iubet, vindictam autem sumere ab iniquis. Houb. hoc inutiliter mutat in מקנאת ex indignatione irae, vt יבין in יבין, vt concurtitur apud ipsum, רעו ex רעו frangere, tonitru eius vertit, qua ratione, quod cuique placet, facile potest ex Scr. locis torqueri.

terrata mente, siue suspicari simulet; c. XXXVII. *) 1. prudenter tamen data hac vitur occasione, ad nuntiandum Iobo et amicis aduentantem iam in nubibus iudicem, tremendo maiestatis apparatu sententiam forte dicturum, cuius audiant ex ore minaci vocem tonantem, et videant fulgur coruscans, quorum *speculari nemo vestigia, nec scrutari quisquam possit magnalia Dei in mundi regimine v. 2-5.* Sic quando *niui*, vt se demittat praecipit, aut *imbri*, vt pluuiam, siue *tenuiorem* effundat, siue *fortiorem; operae* cuiusvis *manuariarum* his veluti *sigillum* imprimit, quo sapere discant eius *operarii*, cum bruta adeo ahimantia videant difficultati temporis cedere brumalis, et in antris expectare quaerendi

*) Ad C. XXXVII. v. 2. קָלוּ רָגְזוּ bene Syr. et Ar. vocem increpantem vertunt, vt *תָּקַח* sententiam iudicis, Sep. *μῆλην*, prouidentiae consilia, quae per tonitruum fragores prodeunt ex ore Dei, quos *וְשָׁרָה* ex ore Chal. et Syr. libere dimisit; quos libere diffundit per regiones coelorum, vt *וְזָרָה* fulgura sua per terrae extremitates. v. 4. *וְעָקְבָם* Chal. ex *וְעָבָה* moratus est vertit, vnde Cod. Regiom. Sen. hoc habet in *וְעָבָה* correctum, qua vero non opus est mutatione, cum idem significet Ar. *עָקַב*, ex quo Houb. vertit: non tardare facit eas, scil. voces tonitru iteratas. Magis autem ad rem pertinet Syr. Voc. potestas, inuestigauit, scrutatus est, vnde vsus hebr. *vestigis* alicuius insistere, insidiandi causa aliquem obseruare, quare bene Mich. Niemand forschet beyder Fußstapfen nach, die Bahn des Blizes und Donners auszuspiiren und ihre Wege zu belauern, cui apte respondet v. 5. tonat voce mirabili, quam nemo, quo spectet, intelligit. v. 6. Concisam diction. poet. *וְאָרְץ אֶרֶץ* esto in terra, post *וְאָרְץ* etiam repetenda, *וְהָיָה* imber fiat pluuia lenior, aut fiat *מַטְרוֹת עֵינַי* pluuiarum copia vehementior, eam Houb. supplet pro lubitu et mutat, legendo *וְאָרְץ* et addendo *וְהָיָה*, conuertendo *וְאָרְץ* in *וְהָיָה* et *וְהָיָה* ex *וְהָיָה* abiciendo, quod Voc. *וְהָיָה* adiungit, idque mutat in *וְהָיָה* in potentiam suam; quae critica temeritas omnem fere modum excedit. v. 7. Aut. Obl. aduersus Schultens. hic Clericum longa oratione defendit, quod verbis potius vim inferendam censeret, quam vt sententiam interpellari et abrumpi concedamus; Idque fieri quidem interdum posse fateor, hic autem vi nulla verborum opus est, cum plana sit Voc. *וְהָיָה* sententia et connexioni conueniens; sigillum imponit, cum Praep. *וְהָיָה*, quam negat quidem Houb. locum habere, quae veriam adfuit c. 33. 16., modo *וְהָיָה* pro opera manus accipiatur, vt c. 15. 23. c. 20. 10. Eaue aptior mihi videretur sententia, quam nimis longe ducta illa ex Orientis more, signum feruis in fronte, brachio manuu applicandi, quem tamen Mich. contorte satis ad fulgura trahit: Gott soll jeden Menschen in der Hand gezeichnet haben, damit der Blitz den nicht verlese, der nicht bestimmt ist, von ihm getödtet zu werden. Aptior Houb. signat in manu hominis, i. e. attribuit suam cuique sortem et locum. Cur non potius, suos cuique laborum fructus? cum sint omnes viri operis eius, i. e. operarii Dei, v. 9. Mich. et Houb. *וְהָיָה* recte vertunt: latentes plagas

28
 rendi victus opportunitatem v. 6-8. In variis saepe et diffisis regio-
 nibus sua Deus velut *reconditoria* habet, vnde vel saeva tempestas, vel
 frigoris vis tanta proficiscitur, vt amplissimae, nuda diuino, aquae du-
 rescant v. 9. 10. Sic nubes modo onerat vndarum mole pluuiarum,
 modo fulgure eas dispellit: has ipsas autem tempestatum *vicissitudines*,
 secundum suae gubernationis consilia, *vertere se* iubet ad perficiendos,
 quos cuique eorum *fines* constituit *et vsus*; siue in imperantium, aut in
 terrae suae subditorum vtilitatem, siue in eorum *dedecus* eas immiserit
 v. 11-13. Ex his igitur suae Iobum *tum ignorantiae* conuincit, quod
 ne in his quidem naturae operibus, quo spectent prouidentiae consilia,
 intel.

verhüllte Kammern, cur autem auftri addunt? quod non est in textu, vbi
 generatim Deo occulta tribuuntur reconditoria, quae habet non in au-
 strali tantum, sed in alia quacunque plaga coelorum, quibus bene re-
 spondent מַרְרִים ex וַרָרָה sparsit, loca diffisa, remota, Sep. ἀκαταρτιστα. v. 10.
 במצוק vbi ב praef. inutiliter in ל mutat Houb., bene vertit Mich. breite
 Wasser werden wie ein festes Metall. v. 11. ברי Houb. בריר mutat, et אורו
 in ירו imbreum suum effundunt nebulae, quod Chal. habet, qui אורו sae-
 pius cum אורו confundit. v. 12. Houb. Hithp. מרחיק Deo non conuenire
 putat, quod vicissitudines tempestatum vario saepe et inuerso prorsus or-
 dine modoque vertere se iubeat, quo velit, ideoque v initiale retrahit ad
 voc. praec. legitque הרהר מנבואה conuersiones eorum mutat suis guber-
 naculis. Mich. haec ad nubes tantum refert: im Kreise wenden sie sich
 herum, wohin er sie lenkt. v. 13. Houb. iterum non placent tres interrog.,
 cum duae tantum esse soleant, aut si tres fuerint, vel similes sint, vel
 contrariae, ideo לארצו exturbat et cum Vul. legit ימצא inuenit eas, scil.
 nubium conuersiones ex v. 12., quas paratas habet, siue ad misericordiam,
 siue ad iudicium, לשׁוֹבֵי legit, quamuis לשׁוֹבֵי etiam Sep. sic נאדוּבֵי vertant,
 rectius autem ex mea sententia Syr. et Ar. pro principe, cui opponitur מִיִּץ,
 incolae terrae. Vltimum לחסר in dedecus, de palude interpretatur Mich.
 Bald über einzelne Stämme, bald über seine ganze Erde, bald über stehende
 Sümpfe, lenkt er die Regenwolken zu ihrem Ziele. v. 15. עליהם recte monet
 Houb. ad foem. נלוצו v. 14. referri non posse, potest tamen generatim
 ad ante memorata referri naturae opera, quae etiam in seq. exempli loco
 allegantur. שׁוֹבֵי autem cum הַיָּם, quod frequenter de mandato et cura de-
 mandata adhibetur, et recte Syr. et Ar. explicant: quid iis imposuerit
 Deus, Chal. posuit iis statutum, Mich. wenn er ihnen befiehlt, was sie
 ausrichten sollen, aptam tamen nullam admittere interpretationem existi-
 mat Houb., ideoque ex suo legit ingenio: בציה אלוה לגשם quando prae-
 cipit pluuiis. Sep. יצני pro tenebris, Syr. et Ar. עיניו oculis eius acci-
 piunt. v. 16. מכלישי ex מכלישי librauit, Houb. cum Schult. librationes vertit,
 fere vt Sep. διακρίσει, Mich. cum Vul. semitas, die gebahnte Straße der
 Wolken. לגייה, quod recte Mich. pro scientia accipit, cum quo חמיס in
 statu regim. copulatur, Houb. putat rem continere a priori membro alienam,
 nam,

intelligat, quando fulgura emittit, nubes regit, et aerem incallescere finit, vento nullo existente australi v. 14-17., *tum impotentiae*, quae ne quidem nubeculas attenuare et serenum efficere coelum possit v. 18., *cum temeritatis*, si, in tanta rerum suarum caligine, obloqui Deo frustra conaretur v. 19, 20., vbi aequae minus consiliorum Dei fines, et futurum malorum suorum exitum intelligere, quam nunc oculis conspicere possit lumen solis, splendescens quidem adhuc, sed nubibus obductum, donec fugatis iis renidescere coeperit, breui forte reditura ex aquilone lux aurea coeli et facies serena. Dei autem in his semper est deuenienda maiestas v. 21. 22., penes quem est rerum omnium,

B 2

quod

nam, et repugnare proprietati Voc. חמים, quod vel ignorat adiectiue sumi, vel temere negat, ideoque legit: חמים חמים admirabilitatem perfectorum fulciminum, ex Ar. דעם fulcire; cum sit admirabile, vt aequatis ponderibus medio in aëre nubila sese librent, et ita se sustineant, vt neque altius, neque depressius ferantur: Quod vero Voc. מלשם iam continetur, et membro posteriori perfectae Dei sapientiae vindicatur. Sep. vitiose legerunt חמים חמים *προμαχία παύσαν*, vt alias חמים *πρωμα*, male vertunt. v. 27. בהשקט rectius Houb., vt Sep. *ησυχαστηριον* vertit: etiamsi immunis est terra, quam Mich. weil er einen stillen Südwind will wehen lassen; tum enim facile intelligimus, vnde calefiant vestes, quamuis omnino tempus, quo hoc euenturum sit, ignoremus, de quo שם accipit. v. 18. חמים non tam ad soliditatem spectat, quam ad stabilem coeli serenitatem, nubiloso nullo turbatam vapore, quod longe est aptius, quam mutata Houb. lectio חלקים vt laeues essent, quasi facies aeris. חלקים autem, nescio quo iure Mich. vertat: trittst du mit ihm auf die Wolken? v. 19. נעף supponit siue מליך vt c. 33. 5., quod extat c. 32. 14., siue מלשם c. 23. 4. v. 20. גבלע ex vsu hebr. vertunt Vul. Syr. et Ar. deuorabitur, Mich. metaphor. kann eines Menschen Beredsamkeit ihn rühren? ex Ar. autem בלע nuntiare Houb. vt ad eum perferatur. v. 21. לא-ראך bene vertunt Sep. *αχ ορατον το φως*, aequae ac בחרר *τηλαουτες*, vt Mich. es glänzt oben in den Wolken, quod dici vtrique potest, etiam coelo adhuc nubilato, etiamsi Houb. dissentiat, ideoque legere malit ignotum mihi Voc. בחרר absconditum, quod Sym. legisse, non sequitur ex sola voce *συννεφισμου* obnubilabit, quod forte ad שחקים pertinet, nec ex Vul. aër subito cogitur in nubes, vnde potius lectionem מחרר festinus, suspicari liceret. v. 22. Houb. scriptionis vitium in חור נורא esse, ex eo colligit, quod formidolosa laudatio, vt Vul. vertit, nec secum conuenit, nec cum membro priori; quasi vero חור non decus etiam et maiestatem, נורא autem venerabile significet, *μεγαλη η δοξα και τιμη* habent Sep., vt non opus sit hoc in נורא conuertere, apparet gloria. v. 23. Sic coniungo cum *שמשם* vt Chal. Syr. et Ar., haec enim certantium nemo impugnauit; disputant autem de צדקה רב, an sua potestate recte semper et qua ratione ea iuste vtatur? atque de eo recte Elihu dicit: לא יענה non respondebit ha-

bet

quod nunquam inuestigando adsequimur, imperium, suprema potestas, et ius summum agendi, iustitiae autem suae inuiolabilis nulli cuiquam redder rationem v. 23. Quare eum venerari quidem omnes, non autem assequi decer vel sapientissimos v. 24.

Sic igitur finita Iobi et amicorum disputatione de prouidentiae Dei, in constituenda regendaque piorum et impiorum forte, rationibus, supremus ille rerum omnium arbiter ipse tandem, ex suborta, de qua hoc Elihu erat ominatus c. 37. 1. 2. tempestate loquitur, et coelicus delapsa voce, ea quidem confirmat, quae de imperscrutabili suo regimine recte Iobus et Elihu, aduersus trium reliquorum opinionem dixerant; neque tamen ideo, quas curiose Iobus rimari ab eoque sciscitari ausus fuerat, consiliorum suorum in hac eius miseria, causas ei et rationes exponit, sed conuincendae potius eius temeritatis gratia, in sublimi positam eorum copiam et amplitudinem, humana omni intelligentia superiorem, *primo quidem ex inanimata rerum natura* ei in animum reuocat C. XXXIIX. *) In hac tota, Deus ait, vbique videbis, quam

bet Syr. et Ar. vt Mich. v. 24. אֵלֵי־סֵפֶרֶי־כֵּן est nullus sapientum, quod commode in Plur. explicant Verff. non videbunt eum, aut timebunt, vt Chal. Syr. et Ar., nec opus est legisse, vt vult Houb. יִרְאוּהוּ. Quod si vero ad Deum referatur יִרְאוּ, sententia haec erit, apta etiam et ad rationis seriem aequae accommodata: ipse parum curabit eorum quemquam, qui vel sapientissimi videantur.

*) Ad C. XXXIIX. v. 2. אֶרֶץ quod recte Mich. de consilio prouidentiae intelligit, ad Elihuum trahit Houb., quem sermonibus suis falsa et imperita consilia admiscuisse, inique censer. v. 8. Origo vtique maris, vt ait Houb., describitur, non vero אֶרֶץ ideo ex אֶרֶץ conflare, effundere, explicandum: quis mare foribus exclusit? sed potius ex אֶרֶץ, quis valuis obsepsit? *εφραζε πυλωρις* Sep., cum ex centro terrae coalescentis, velut ex matrice prodiret, ita, vt potissima eius parte reclusa, non plus erumperet aquarum, quam par esset. Quare nec חַרְתִּיךָ de cataractis intelligo, vt Mich. wer legte dem Meere Schleusen vor, d. i. bestimmete seine Gränzen so, daß es den Erdboden nicht überschwemmt? de quo v. 10. 11. demum sermo instituitur, v. 9. אֶרֶץ quod de nubibus Mich. explicat, weil das Meer häufiger als das feste Land mit Wolken bedeckt ist, posset etiam de aëris gravitate intelligi, qua veluti vestimento obuolutum suis mare limitibus continetur, vt nebulosa caligine veluti fasciis. v. 10. אֶרֶץ hic est sine sensu, ait Houb. quem tamen vel Ar. Voc. significatio: dimensus est, vel hebr. vsus suppeditat: perfringendo terram littora constitui, vt praefixum mari terminum; vnde dictio: frangere panem, de partitione et distributione adhibetur, quo spectant Verff., ex quibus aliam nullam suspicor lectionem, nisi forte אֶרֶץ Mich. habet, vt Reimar. ich nahm mein Maß: v. 11. Mich. אֶרֶץ pro אֶרֶץ angulus accipit: der Winkel soll deine

quam sit iniquum, providentiae in regimine mundi, quae scire cupis consilia, tot imprudentibus *obscuritatis arguere* querelis et opprobriis v. 1-3., cum nec primam conditi a me terrarum orbis *constitutionem* intelligas, nec dimensionem, nexumque et ordinem, nec *iacta* eius machinae, quibus sustentatur, *fundamenta*, cuius fabricam admirabilem cum stupore angeli decantantur spectatores v. 4-7. Numquid ausus eius reluctari imperio, qui *mare, recens veluti enatum* ex terrarum abyso, aëre et nebulosa caligine quasi fasciis obuoluit, ne extra terminos prorumperet, eius fluctibus constitutos v. 8-11. Numquid plus efficeres, si diuino te immisceres regimini, quam si velles *aurorae* praecipere, vt ante, quam par est naturae ordini, extremos terrarum fines *simul occupet* matutinae lucis splendore, quo, qui caliginem quaerunt, de suis celerati facinoribus subito depellantur v. 12. 13., quo illufcente ea, in

B 3

nouam

deine schwülftigen Wellen niederdrücken, Houb. autem pro *וַיִּרְעַף* legit *וַיִּרְעַף* detumescet elatio, ex vsu Syr. et hebr. Ion. 1. 11. v. 12. Houb. *וַיִּרְעַף* vltim. ה cum Masora ad seq. *וַיִּרְעַף* trahit, vt sit loco pronom. demonstrat., et siue *וַיִּרְעַף* legendum putat, vt cognoscat aurora; siue *וַיִּרְעַף* ostendit aurorae locum, vt habet Vul., *εγνωριστας* Aq. et Th., quod autem Pih. pariter significat. v. 13. Nescio, cur nouam Houb. exordiri sententiam putet, continuationem vero, quam *ב* significat, non locum habere, quae tamen est adeo manifesta, vt, etiamsi *וַיִּרְעַף* legere malit, quod habet Vul. adhuc tamen fingenda sit interr. tenesne? v. 14. *וַיִּרְעַף* nunquam omnino vim habet mutationem significandi, vt ait Houb., neque vero ea hinc requiritur, nec ideo opus est legere *וַיִּרְעַף*, mutabitur terra, cum plana sit sententia, quam habet Mich. *alles steht auf einmal gefleidet.* v. 15. Houb. *וַיִּרְעַף* vt priuentur, ad finem v. 13. refert, et v. 14. collocat in locum v. 15., quia eius sententiam ad hanc orationis seriem, a scribis perturbatam, non pertinere arbitratur, v. 13. autem cum v. 15. copulandum esse ideo existimat, quia in utroque supponit agi de impiis, terrae motu suo loco eiec- tis; de quo autem proffus non est sermo, sed de aurorae et illucescentis diei effectibus. v. 16. *בְּבֵי-יָם* bene Mich. scopulos maris, ex Ar. *בְּבֵי-יָם*, Sep. *πυργων*, forte ex *בְּבֵי-יָם* fletus, quod de fluxu vndarum adhibetur, forte autem ex vitiosa scriptione pro *επι των θαλασσης*, quod habet Cod. Al. v. 19. Terram vbi lux habitat, Mich. de altera telluris parte intelligit: auf der uns gegen Morgen das Waterland des Lichts, und gegen Abend das von der Finsternis ist: weist du den Weg zu den Antipoden? cui vero non satis respondet v. 20. vbi sic explicatur sententia: an nosti sedem lucis et tenebrarum, *בֵּי* ita quidem, vt possis suos utriusque terminos constituere? v. 22. *וַיִּרְעַף* quod saepe de providentia adhibetur, de cura et potestate deman- data intelligo, de qua magis vbique hic sermo mihi esse videtur, quam de nuda rerum intelligentia. v. 24. *וַיִּרְעַף* quod de fulgure intelligo, de quo saepe occurrit, quodque cum ventorum, velat vrentium, statu apte copulatur, Mich. de orientis diei luce sic explicat: das der Ostwind über die

nouam se formam terra conuertat, vt cera sigillo ei impresso, et nouo veluti habitu induta compareant omnia v. 14., quo a nocte improbi, velut a luce sua prohibeantur, et violentia eorum proterua infringatur v. 15. Numquid penetrare ausis prouidentiae consilia? cum nec addito in fundo maris scopulos peruaseris, nec mortis tibi pateant, nec regni inferorum rationes v. 16. 17., cum ne terrae quidem amplitudinem animo comprehendere possis v. 18. An lucis et tenebrarum adeo penitus causas nosti et rationes, vt statas vtriusque vel efficere, vel mutare possis vicissitudines? v. 19. 20. Nosti sine dubio, quia tunc iam cras natus et tuorum tanta est dierum multitudo v. 21. Ne in inuis quidem et grandinis reconditoria aliqua tibi demandata est potestas, quae in vindictae tempus saepe sunt a me reseruata v. 22. 23., neque in diffundendos rutilantium fulgurum ignes, aut vrentium ventorum flatus v. 24.

Quis

die Erde verbreitet, weil wir das Licht des anbrechenden Tages von Osten her bekommen, so lassen die hebr. Dichter den Ostwind das Licht über die Erde wehen. Ita vero verborum ampullis sententiae vis nulla inest, conueniens niuis et grandinis visibus ad vindictam constitutus v. 22. 23., aut imbribus et fulgetris v. 25. v. 30. Mich. כָּאֵן, quod omnes habent Verff., כָּאֵן legit: wenn Wasser sich unter einem Steine, nämlich dem Eise, verbergen, aequè inutiliter, ac Houb. יִתְקַצֵּי pro יִתְקַצֵּי quia Verff., praeter Sept., sic habent: durefcunt, congelantur ad lapidis similitudinem. v. 31. Mich. non de statò siderum motu, sed de fixa sede et statione intelligit: sanust du die Stelle der Sterne verändern, und sie versetzen? quare aequè ac Houb. pro מַעֲרֹתֵי delicias pleiadum vernaes, legit מַעֲרֹתֵי nexus, quos flagitat verbum: num ligasti? Vindest du das Band des Siebengestirns feste? Sic habet Luth. cum Chal. et Sep., quo autem parum meae decedit explicationi: an ligare potes pleiadum delicias? i. e. cohibere temporis ordinem vernalis, aut Orionis soluere מַעֲרֹתֵי contractiones? i. e. accelerare eorum velut a vinculis liberationem, quae brumali tempore constrinxit Orion. Sic v. 32. ex analogia c. 9. 9. מַעֲרֹתֵי sidera australia, aestiui temporis, vt v. borealia, autumnalis signa, vna cum comitatu suo, מַעֲרֹתֵי significare videntur, ad quae spectat Plur. תִּתְקַצֵּי, quem perperam Houb. mendum esse putat ex תִּתְקַצֵּי, quod non a תִּתְקַצֵּי, nec a תִּתְקַצֵּי formam habet, sed a תִּתְקַצֵּי. v. 33. pro מַעֲרֹתֵי Houb. Plur. מַעֲרֹתֵי legit, quia cosli sunt Numeri Plur., quibus autem haud raro additur Nomen Sing. v. 36. Schult. sequor, cui parum accommodata ad hanc orationis seriem videtur communis Verff. et Intt. sententia, quam habent etiam Houb. et Mich. quis renibus prudentiam dedit et menti intelligentiam? ideoque מַעֲרֹתֵי ex מַעֲרֹתֵי oblinere, et מַעֲרֹתֵי iaculari, de ambiguis et occultis naturae effectibus explico, et מַעֲרֹתֵי ex מַעֲרֹתֵי et Chal. מַעֲרֹתֵי speculatus est, adspicibile, de meteoris intelligo. v. 37. יִשְׁלֵיךְ quod parum rectè Houb. vertit: reclinat, ex vsu potius Ar. effundere significat, atque sic bene respondet nubium reuersioni, vt non opus sit pro יִשְׁלֵיךְ legere יִשְׁלֵיךְ quis expendet?

Quis effusus *imbribus terminos*, aut *femitam fulgetris* constituit tonantibus? ita ut incultae etiam et desolatae regiones pluuiis irrigentur, quae vel tenuis herbae adiuent germinationem v. 25-27. Quo vel patre *pluuia*, vel qua matre *ros* indiget? v. 28. Quis est, cuius ex vtero *glacis* prodeat, aut gignatur *pruina*? quibus vndae, sine ope humana, lapidum instar congelatae occultantur, et compacta tenetur earum superficies v. 29. 30. An penes te est, *statos siderum motus* mutare? ut vel cohibeantur *quadripartitae temporum commutationes*, vel accelerentur v. 31. 32., ut siue aliis regantur legibus, siue aliam nanciscantur in terrarum orbem *praefecturam*? v. 33. Numquid potestatem habes imperandi *nubibus*, ut parata ad nutum *undarum te agmina* operiant, aut *fulgura* regendi, ut quae iubes efficiant? v. 34. 35. Eqquis occultis eiusmodi naturae operationibus, his *meteoris*, quis adeo sapientes constituit agendi leges? v. 36. Quis tanta sapientia *nubes* e. c. velut agmina recenset? quis *colorum vires* effundit, *imbribus plenas*? quibus arida terra, fusi instar *metalli liquefacta*, sic tamen *conflatur*, ut *glebae molles iterum coalescant*, et compactae efficiantur, ferendis frugibus aptae v. 37. 38.

Pergit *deinde* Deus imprudentiae Iobum et temeritatis conuincere, non ex magnitudine tantum prouidentiae suae imperperatibili, sed ex bonitate etiam et sapientia eius irreprehensibili, *in regno animalium* maxime conspicua C. XXXIX. *). Numquid, ait, vel in suspicionem, nedum
in

*) Ad C. XXXIX. v. 2. בַּסֶּכֶה *ev vltimo* Sep. in siluarum dumetis sedent insidiantes, Mich. laurēd jum *Ausspringen* v. 3 ירעו ex ירעו errauit, alas motitando vagantur, Houb. ut Syr. et Ar. deficiunt cibi penuria, ex Ar. ורעו languore infirmari. v. 4. ירעו ut iam c. 38. 22. de simili Voc. ראה monui, non de *scientia*, sed *cara* intelligendum: an tui est prospicere *partus tempori*? de quo v. 5., ut v. 6. de *pariendi facilitate*, vbi Houb. putat, בלא non significare posse, findendo excludere partum, de quo tamen simile Voc. בקע silit *Esa.* 34. 15. c. 59. 5. adhibetur. Quod autem negat תבליים foetus significare posse, multo editos dolore, ut Mich. vertit: sic lassen die, so ihnen Schmerzen kosten, von sich, posset quidem ex vsu Voc. Ar. et graeco Aeschyl. confirmari, qui *אדם* metonym. pro foetu ponit; ego vero in propria Voc. significatione subsisto: facile excutiunt partus dolores. Quid igitur opus est, sic verba, ut Houb. placet, mutata collocare: ילריתו חלחלה בחבליהו תולחהו doloribus suis diffringuntur, ut Sep. *ev γεννηματα*, foetus suos emittunt? v. 7. בָּבֵר Chal. in frumento, ut Sep. *ev γεννηματα*, Mich. in der *Wüsten*, ex בָּרֵר separauit, Houb. autoritate duorum Codd. Orat. et Vol. בָּרֵר in pascuo, ex בָּרֵר parauit. v. 9. מִלְחָה Houb. recte terram sterilem, Mich. *Salzwüste*, quod vtrumque copulatur *Ier.* 17. 6. v. 11. וְחָרֵר pro Fut. ex חָרֵר Houb. accipit, ut Sep. Vul. et Chal. explorat
in

in ius vocare ausis, prouidam eiusmodi, ferarum adeo rapacium curam, quae sine ope tua, praedam *leonum catulis* etiam et *coruorum pullis*, ante parauit, quam possint eam venari v. 1-3., quae sine tuo consilio, vel *ibicum* adeo saltibus et *ceruarum* velocitati ita bene prospexit, in constitudo tempore parturiendi modoque, vt incuruando sese, rupta subito matrice, suos facile excludant foetus, et partus dolores excutiant, breui autem earum pulli ad partum sibi quaerendum adolefcant v. 4-7. Subiecit quidem illa hominum potestati brutorum ferociam: In quam ipso tamen, ne liberum esse putent, nullis adstrictum legibus; creaturarum vsu; en quam sapienter suae adeo admoneantur subiectionis atque imbecillitatis, vt ne stupidi quidem *onagri* feritatem domare possint, uinculis solutam, et ita locis aduictam desertis atque sterilibus, vt parco contentus victu, vrbanis vel turbis praeferat, vel laboribus, relictum sibi

in montibus pabulum suum, rectius Mich. pro Nom. ex *ירר* eiusame *Berge*, siue potius ex vsu Voc., quod reliquum est, siue praestans et excellentem, *ירר* sub viridi quocunque fruticero conquirat. v. 13. Voc. *עלה* Houb. ב addit, sine quo nesciat casum eius, cum sulcus metonym. pro vomere ad ducendos sulcus apto ponatur; quare ad sulcum funis eius alligare bouem, nihil aliud est, quam iugo ad arandum submittere, v. 15. *ירר* reddet tibi sementem, apte Syr. et Ar. de triturata intelligere videtur, v. 16. ex varietate Versf. et interpretationum Houb. suspicatur, mutilatum esse *כנה* eique praemittendum *המנה* an ex te est? vt explicentur pennae pauonum; quo vero non opus est, si alam *בצלחה* ad exultationem et crebram agitationem factam, oppositam esse obseruamus *עלה* alae, peninis fortioribus armatae, et *נצה* plumae molliori ad volatum aptae, quam habet ciconia. Haec aptior mihi quidem et faciliior illa videtur, quam habet Mich., ipse vero parum sibi probari eam fatetur. v. 10. *דו קשה* riter tractat, perperam; putat Houb. ex *קשה* explicari, aptius ex Ar. *קשה* recedere, inconstantem esse, quod repugnat analogiae Voc., cui longe magis respondet Ar. *קשה*, quod idem est ac *קשה*. v. 27. *המריא* ex Ar. *מריא* ad cursum vehementiorem excitauit, et hebr. *מריא* bene explicat Mich. wenn er sich gleichsam in die Höhe inspornt zum Laufen, da der Strauß unter der Junctur des großen Flügels ein spitziges Gewächs, wie einen Hahnenstern hat, damit er sich bey starkem Laufen bis zum Bluten verwundet. v. 22. *רעמה* Schrecken des fürchterlichen Wieherns, Mich. vt Syr. et Ar. Sep. *רעמה*, pro quo Houb. *רעמה* iubam legendum putat, aeque inutiliter, ac v. 23. *הור* in *הור* conuertit, ex Ar. *הור* comminari. v. 27. *נמא* exhaust, Ar. de celerissimo cursu adhibetur, de quo etiam Syr. et Ar. voc. explicant, vt Sep. *נמא* *נמא*, es fasset und berührt kaum die Erde, Mich. v. 35. *יסור* ad form. *ילור* est Partic. Pass. ex *יסר* castigatus es, conuictus, pro quo Houb. *יסור* an vincet, qui cum Deo contendit? Mich. ex *יסור* will der zurücke weichen? v. 37. *קלתי* Mich. recte explicat: ich bin viel zu geringe, zu wenig dazu, vt Syr. et Ar.

sibi tenuem in montibus passum, quem operose conquirere mauult, sub viridi quocunque latentem fruticeto v. 8 - 11. Numquid huic naturae ordini repugnare, et vi cogere aequae indomitum ausis *taurum fluestrem*? vt iugi patiens, ad ducendos vomere sulcus et occa aequandos, aliosque rei rusticae labores, ad trituras et inferendas in aream fruges, mansuescat v. 12 - 15. An non prouida illa animantium cura, pro sua cuique natura et indole, conuenientes cuiusuis fini et vsibus vires concessit, dotesque et instinctus, immo peculiaribus quodcunque proprietatibus ornauit et praerogatiuis? Ita *struthio* alis quidem exultat, ad agitationem cursumque celeriore compositis, non autem, quas habet *ciconia*, ad volatum aptis v. 16., tantaque eius est in fouendis ouis alendisque pullis stupiditas et negligentia, vt, nisi prouidentia hoc animantium genus conseruaret, inane videretur studium eius omne propagandi sobolem v. 17 - 20., qua vero non obstante, adeo singulari tamen gaudet velocitate, vt, quamprimum erecto se collo ad currendum incitat, cursu vel equum equitemque superet celerrimum v. 21. *Equum* vide generosum, tu, qui es animo satis quidem audaci, ad poscendas a me consiliorum rationes, nimis tamen abiecto simul in malis fortiter ferendis: Numquid tu tantam ei virtutem dedisti, vi cuius suo veluti tonat hianitu, locustarum instar subsultat, terrorem spirat patulis ex naribus, et fodiens vngula campum ferociter superbit audaci animo, quo aduersis se inferat armis, nulloque eorum conspectu terretur et strepitu v. 22 - 26., concitato potius cursu fremens ad tubarum clangorem festinat equus haustor, nullo fuis poppysmati, quamprimum dato ad proelium signo, pugnam velut odoratur et clamorem bellicum v. 27. 28. Numquid tua effecisti prudentia, vt hyeme aduenante, suo *accipiter* volatu petat calidiorem terrae australis regionem, aut suum *aquila* nidum ponat in excelsis? In rupibus habitat in accessis velut in arce munita, vnde victum insidiosae speculatur, quo carnes habeant pulli, quas fugant, cruentas v. 29 - 33. An non satis ex his a summo rerum arbitro te sentis conuictum? Ad haec respondeat, qui cum Deo audet contendere v. 34. 35. quibus arem se longe imparem esse humillima Iobus mente fateretur, spondetque tale quid amplius se nunquam esse commissurum v. 36 - 38.

Quo vero leniter hactenus pudefacta eius temeritas, cuius aliquo iam modo coepit iniquitatem sentire, tanto maiori animum timore

mōre percelleret, tandemque penitus extingueretur; feueriori nunc Deus tam obiurgatione, quam tremendae maiestatis suae repraesentatione, commotum iam eius animum ad humillimam mentis subiectionem sollicitare pergit, eumque in finem duo ei formidolosissimorum animantium terriculamenta ante oculos ponit C. XL. *) Acceſſe igitur te, ait v. 1. 2.; *consulam te*, dic, quae optima tibi videatur regundae sortis humanae ratio. Numquid forte clam animo adhuc improbabilis iustam mei regiminis causam, quo tuam modo tuca- ris? v. 3. Numquid vero aequalem meae habes iubendi pro autoritate agendique potestatem? v. 4. Age igitur, fac periculum, et redde tibi, si ius habes et tantum vales potentia, si meo subesse imperio recusas, pristinum ipse tibi redde felicitatis splendorem v. 5., poenas e contra fume a superbis, et quotquot sunt vbique locorum, improbos euerte v. 6-8. Tunc ego ipse hoc tibi concedam laudibus, quod tuae ipse satis consulere possis saluti v. 9. At vide tantum in regno animali, quae tuarum sit virium imbecillitas, mearum autem virtus et sapientia, Behemot vide, siue hippopotamum, cuius, ne nimium saeuat ferocia, pastum ego, creator eius, *herbam* constitui et *foenum* v. 10., quamais adeo robur eius formidolosum sit et insuperabile, vt nemo, praeter ipsum consiliorum suorum arbitrum et princi-

*) Ad C. XL. v. 6. עֲבִירָה Sept. ἀγγελος non tam vertunt, quam sic explicant sententiam, ideoque פִּי אֲפֹסֶלְלֵיךְ interpretantur. v. 7. אֲפִי אֵפֶס אֲפֹסֶלְלֵיךְ אֲפֹסֶלְלֵיךְ Ar. diruit, conuenit cum hebr. אֲפִי וְאֵפֶס וְאֲפֹסֶלְלֵיךְ. סֶפֶס סֶפֶס Sep. commode παραχρημα vertunt, vt Mich. auf der Stelle zerschmettern sic, rectius quam Houb. id non expectantes. v. 8. פָּרִיחִים Mich. parum commode cum antecedit, copulat: vergrabe sic, daß aller Gesichter im Staube liegen; sic enim abundaret Suffix. Verbi פָּרִיחִים, quod in altero אֲפִי אֵפֶס deest: include tenebris facies eorum, siue splendorem dignitatis, vt bene habet Luth. versenke ihre Pracht. v. 10. אֲפִי אֵפֶס in tua vicinitate recte vertit Houb. si rei veritas satis posset probari. v. 11. אֲפִי אֵפֶס Mich. de pudendis Elephantis, quem nomine Behemot intelligit, rectius Houb. de similitudine ventris explicat, quae magis ad rem pertinere videtur. v. 12. אֲפִי אֵפֶס ex Ar. אֲפִי אֵפֶס curuare, inflectere, Versf. et Intt. explicant, nemos autem אֲפִי אֵפֶס terrorum eius, i. e. formidolosos, ex Ar. אֲפִי אֵפֶס, pro femore accipiunt Syr. et Ar., inutiliter quidem, rectius tamen, quam Sep. et Vul. ex Chal. pro membro genitali. v. 14. Viae Dei in Scr. S. nunquam de creaturis adhibentur, sed de Dei consiliis eiusque regimine, quorum igitur princeps non creatura dici potest, sed Deus ipse, vnus ille suorum arbiter consiliorum, isque solus

principem Deum, eius creatorem, *gladium eius* adsequi, et coercere possit violentiam v. 11-14. *Herbis enim montanis* vivere cum iussit, non carnibus animantium, quae *hilariter* in eius conspectu *palubantur*, dum placide in limo quiescit, umbrosos sub arboreis, ne fluvii quidem, *Jordanis insular* intumescens, metuens aestum; quanto minus temeritatem eorum, qui *vi eum aperta* adoriri ausint v. 15-19. Periclitare, si tantus tibi sit animus, ut hamo capias *crocodilum* et vi subigas v. 20. 21. Numquid tibi vel supplicabit, vel in ditionem se dedet et arbitratum, vel secum iocari patietur, velut cum auicula, fune ligata? v. 22-24. Parent ei sociatis viribus fodinam, eumque partiantur, si possint, inter mercatores: Numquid tota eum armatura piscatorum superabis? Adorire eum; sed memento, quantum subeas discrimen, siue, ut habet Aut. Obs., diu huius pugnae memineris. Fallet te spes de eo concepta; nam vel ad conspectum eius quisque profternetur v. 25-28.

Quod si igitur, sic pergit Deus, C. XLI. *) quo ea spectet immanis bestiae imago, explicare, vix quisquam est adeo feroci ingenio

C 2

genio

solus adsequi enslem huius ferae, i. e. vim eius nocivam coercere potest, atque sic non opus est, vel cum Houb. ישן legere, pro שאן, vel vitiositatis arguere textum, quam ex eo suspicatur Mich., quod Sep. חרבו pro חרב, et pro שאן forte שח legerunt, αγελων, cuius loco vitiose habent απο των αγελων. v. 16. צאליים πατοδαρα δενδρα Sep., de singulari umbrosae arboris genere Mich. intelligit, Ar. Zaal dicto, Houb. autem cum בצח inutiliter copulat יסכה ex v. 17., canna et coeno coopertus. v. 19. יקחמי concessive potest explicari: capiat quis eam aperta vi, et laqueis nasum traicere ausit, quare opus non est addere ה interr., ut vult Houb., qui vero recte monet, non disputare Deum, quomodo homines capiant Behemot, quae est Mich. sententia, sed quod eum venari nec audeant, nec possint. v. 27. מלחמה non de ipso dicitur piscatu, ut putat Houb., sed de subeundi in eo certaminis discrimine, quare non opus est hanc vocem ex Ar. לחם caro, sic explicare, omisso ורר et mutato כפה in כנה: si quis suam ad eum manum admovebit, non addet, ut de carne eius nutriatur. v. 28. Spes, superandi scilicet animantis, quorsum sit referenda, Houb. ignorat, ideoque מראי mutato אל in הא, de felle sic explicat: num etiam fel eius auferet?

*) Ad C. XLI. v. 1. Pro אכרי Houb. putat Syr. et Ar. rectius legisse יקור מר ex מר discedere: non elongabitur, etiamsi quis eum velit extargere,

genio, vt hanc irritare feram aufit; quis quaeso mihi se sistere co-
netur ad ineundum certamen, qui nihil debet cuiquam, cui soli de-
bentur omnia? v. 1. 2. Delinq̄abo tibi robur virium eius, totam-
que bene instructae armaturae rationem v. 3. Faciem perpende *cor-
tiosae pellis*, et duplicis *maxillae* fauces v. 4., *oris ofia*, et gyrum
dentium terribilem v. 5., *squamas* loricatae cutis adeo compactas, vt
nec aëris aliquod spiraculum per earum penetrare commissuras, nec
iunctas inter se partes et velut conglutinatas, vis vlla possit diuel-
lere v. 6-8. Quando *oculi*, elato ex vndis capite, aurorae instar
illucescunt, *veluti sternutando* exspirat naribus ignes v. 9., prorum-
punt faces ex fumante et scintillae ignis v. 10., fumus prodit,
ollae instar bullientis, de *narium roncho*, immo candet *halitus* carbo-
num instar, velut flamma erumpit v. 11. 12. In *ceruice* vis eius
posita

rare, quia לא, sine addito, inique negat, significare neminem. v. 3.
בָּרָרָה Houb. vertit: propter eum ego non agam silentium, et pro' דָּרְבָרָה
legit Mich. eloquar fortitudinem eius, בְּבִרְוֹתָו, adscito suffixo, quod Syr.
habet, et וְחַל עֲרֹךְ et robur neruorum eius pro וְחַל עֲרֹךְ gratia arma-
turae eius, i. e. apta eius et concinna dispositio. Mich. habet: seine
betrüglische List, quasi אָרְבֵי legendum putaret. v. 6. Houb. et Mich.
גָּרָרָה legunt, corpus eius, pro גָּרָרָה eminentia: sein Rücken besteht aus
zubereiteten Schilden, et וְחַלָּהוּ pro וְחַלָּהוּ arte sigillarum, Mich. so ge-
schlossen, als wären sie versiegelt. v. 12. גָּרָרָה quod alias prunas signifi-
cat, de carbonibus Mich. intelligit: sein Dethem zündet Kohlen an,
Houb. de prunis quidem, quas vero cum seq. Verbo foemin. וְחַלָּהוּ
perperam coniungit: quae ardent, quod inutiliter de prunis dicitur,
nam candentibus v. 13. pro וְחַלָּהוּ, quod non amplius occurrit, ex vsu
autem Syr. et Chal. exultationem, ex Ar. commotionem rei et agita-
tionem significat, Houb. וְחַלָּהוּ legit, vt Sep. וְחַלָּהוּ: ante eum currit
interitus, quo pariter res mali omnis significatur, quam tamen putat
esse opinionem vulgi supersticiosam et diuino indignam sermone v. 14.
Mich. מַשְׂאֵי בָשָׂרִי vertit: sein Riesenfleisch, aptius Houb. tori carnum
eius, velut procidua ex כָּבֵד, Sym. σαρκες περιεχυμεναι, quae Gr. alias προ-
πετεσθαι νομισθαι dicuntur. v. 16. Pro וְחַלָּהוּ a consumptione eius, recte ha-
bet Chal., cui bene respondet מַשְׂבָּרִים a destructione ab eo metuenda,
Houb. inutiliter legit מַשְׂאֵי ab elatione eius, i. e. si se exerexit ca-
recta, et וְחַלָּהוּ et Principes coeptum iter deserunt, siue atroniti ob-
errant, וְחַלָּהוּ Mich. sic thun Sündopfer um Unfall abzuwenden, quod
nimis longe videtur esse petitum. v. 20. חַרְשָׁה Houb. legendum putat
pro Plur., quia Subst. Sing. regit, quod tamen collectivè accipiunt Ag.
et

posita est summa, terror, aduentante eo, in agitatis, qui eum praecedunt fluctibus, velut exultat v. 13. Prociduae adeo *ventris* partes solidae sunt et compactae, vt pene totus videatur aere fuso obductus, *cor* aeneum, lapide durius molari v. 14. 15. Horrent vel ipsi heroës stragem, qua aufert obuia quaeque et prosternit, immo attoniti *oberrant* v. 16., quia nihil aduersus eum armorum valent, quae parum curat, genera quaeque v. 16-20. Immo si *testae* ei vel acutissimae fuerint sublatrae, *compunctus* aculeis, stratum sibi parat in coeno vnderum v. 21., atque adeo commouet abyssum, vt lebetis instar ebulliat, et sic conturbati fluminis limum in sanabile sibi *unguentum* conuertit v. 22. Elucet, vbicumque incedit, tanta eius vestigia, vt quis *canescere* putet albescentem ex spuma voragine v. 23. Nullum in terris est animal ei simile, ad hoc factum, vt nihil sit quod

C 3

et Th. ελογεθισαν σφουρα. v. 21. חרץ quod de vulnerata aculeis fera intelligo, Mich. de cure eius tribulae simili; der Leim scheint einen Dreschwagen zu tragen, Houb. perperam vertit: ad praedam alacer in limo cubat. v. 22. מַרְקָה quod Mich. explicat: er macht das Meer schäumen, wie in Gährung gerathene Salben, mihi proprie intelligendum videtur, de turbato maris limo, de quo D. Volcman. P. III. der Histor. krit. Nachricht von Italien p. 14. simile quid memorat, quod bubali in Pomptinis paludibus, si fuerint vulnerati, limo circumuolutati, velut unguento breui sanentur. v. 23. שִׁיבָה canities, Houb. nescio quo iure vertit: aridam tellurem, Th. ως περιπατον, forte ex שִׁיבָה legit שִׁיבָה. v. 24. Verum est vtique quod Houb. monet, non negari dominatum huic animanti, vt מַלְכוּתָא vertit Sym. κα εστιν επι χροος εξουσια αυτη, negari tamen potest hominibus, quod nullus sit מַלְכוּתָא dominator eius, siue vt Mich. habet cum Sep. κα εστιν υδεν επι της γης ομοιον αυτη. Quare opus non est, vel legere מַלְכוּתָא domicilium eius non est super puluerem, vel שָׁעָא Partic. Pass. in שָׁעָא mutare, factor eius, eique addere עָשָׂה fecit eum, et חָהּ mutare in חָהּ, quo esset absque lege, vt temere fecit Houb. et inutiliter. Turpe autem mendum illud, quod supra iam c. 40. 14. notavi, hic etiam habet Th. πεποιημενον εγκρατατα-ξεσθαι υπο των αγγελων μη, vbi בְּלִי explicat: vt pro nihilo habeatur, et pro חָהּ forte הוּהוּ legit, viriosè scripto αγγελων, pro αγγελων. v. 25. וְאָמַר accipio vt Versf. c. 31. 19. pro negligere, despicerè, υπεριδεν, vnde Syr. et Ar. ponit omnia in interitu quae vider, vt וְאָמַר שָׁחַף vertunt: omnia animantia, de quibus v. c. 28. 18., cum Sep., quos sequitur Mich., habeant: τα εν τοις υδρασι, forte ex חָהּ natauit.

quod metuat v. 24., quidquid sublimis est, perinde habet, cum ipse ipse reliquorum princeps animantium v. 25.

Ad hæc, abiecta tandem omni suae temeritatis excusatione, humillima se lobus mente Dei subiecit imperio C. XLII. *) Intelligo nunc, ait v. 1., quod penes te est summa rerum omnium potestas, et quae in te est cogitatio, prohiberi non potest v. 2. Quis providentiae consilia obscuritatis arguere aufit imprudenter? quare nihil me intelligere fateor, sublimia nimis ea sunt, quae nec possum assequi, nec debeo v. 3. Audi igitur quas ad te defero preces: rogo te, ut quae velis a me fieri iubeas v. 4. Ex auditu quidem ante iam multa de te percepi; nunc vero his adeo meis te oculis vidi v. 5. Quapropter memet ipsum merito detestor et poenitentiam ago, etiam si in pulvere mihi et cinere misera adhuc degenda sit vita v. 6. Hanc animi humilis et subiecti Deo testificationem breui sequitur, non ipsa tantum summi Numinis, de lobi cum tribus amicis disputatione, sententia, quae recte eum de providentiae suae regimine, minus apte vero decenterque eos pronuntiasse testatur: quos ideo sacrificio sua expiare peccata, et lobi implorare iubet deprecationem, cuius causa veniam sint impetraturi v. 7-9: Sed etiam adeo mirabilis tristissimae fortis conuersio, ut non pristinae modo felicitatis statum recuperaret, sed longe eminentiorem insuper et duplo maiorem dignitatem consequeretur et bonorum copiam, adeo, ut centum adhuc et quadraginta annos viveret, ut liberos videret et quartae generationis nepotes, tandemque senex moreretur et satur dierum v. 10-17.

Atque

*) Ad C. XLII. v. 6. hanc oppositionem habent Verff. et Sep. exprimunt per το προτερον. v. 6. טוֹמָם recte vertit Aut. Obs. ipse me reprehendo ut Sep. εφραυλισα εμαυτον, et Sym. κατεργων, ut non opus sit addere, quod vult Houb. Suff. γ, nec ratio valet, cur נחמתי ex Ar. explicare, aut נחמתי legere mauult: suspiro, quia nihil dixisse Iobum, aut fecisse putat, quod esset poenitentia dignum. Pulvis autem et cinis non omnino poenitentiam, sed statum eius miserrimum significare mihi videtur, cui se nunc vltro parienterque, sine omni querela, submittere paratus est. v. 7. נכונה recte, digne et conuenienter Iobum esse omnia locutum non absolute hic Deus fatetur, quasi incondita nulla et dura dixisset; sed respectiue ait, וְיָאֵלֶיךָ de me. i. e. de providentiae meae regimine, de quo cum amicis lis fuit et contentio. De eo enim rectius vtrique, quara

Atque sic finis ille malorum Iobi gloriosus coronat opus illud insignae admirandae Dei, quae eius exemplo illustratur, prouidentiae. In quo vero simul gratiam eorum videmus imaginem, de quibus nunc nobis pauca adhuc dicenda, cruciatum scilicet mortui pro nobis Saluatoris optimi, eorumque exitus, saluberrimi nobis, eique gloriosissimi. Vt enim reliqua taceam, quae habent haud obscuram inter se similitudinem, idem redemptori hominum, quod Iobo, gradu tantum modoque longe excellentiori euenit, ut non modo uterque, post superatas calamitates, in eminentius, quam quo ante fuerunt, gloriae et dignitatis fastigium eueheretur; sed ut partis etiam vtriusque innocentia et apud Deum autoritas, publicis gratiae diuinae et benevolentiae documentis comprobaretur, atque ut Iobi, sic Christi etiam causa, ab ipso iudice supremo, voce coelitus delapsa, per tempestatem et turbinem dirimeretur. Id enim hoc ipso factum est, sacro nobis tempore *Pentecostali*, vbi suborto de coelis sonitu flatuque et fulmine, ad linguarum formam flammam spirante, hebr. **רוח קדש** dictas, promissus ille missusque a patre Spiritus Christi, diuinitatis eius, et diuinae tam legationis, quam doctrinae testis, *ερεως γλωσσαις τα μεγαλειαι τς θεου* eloquutus est per Apostolos, donis mirifice instructos singularibus, ad nuntiandum per terrarum orbem Euangelium Iesu Christi et celebrandum inter gentes eius gloriam Act. 2. 1 - 4. cuius etiam rei ex vaticinio Ioelis vindicatae, illico Petrus auspicia fecit v. 14. seqq. Quemadmodum igitur amici Iobi, cum ei, quod per fidem sperasset c. 31. 35 - 37., ex voto euenire viderent, intelligere ex eo cogebantur, quanta sit eius fidei pietatisque integritas et apud Deum existi-

quam illi tres, differuit. Quare non opus est. auferendae huius dubitationis causa, quam sibi fingit Aut. Obs., **עברו** operose sic explicare: non recte loquuti estis, quod ad negotium serui mei attinet. v. 20. **שבתי** captiuitas Iobi, cui duplicata opponitur bonorum restitutio, gregum omnino seruorumque abactorum iacturam significat, ut recte sentit Mich. et Aut. Obs., quibus recuperatis, illa merito conuersa dicitur. *Worthingtoni* autem merito improbatum sententia, quod ex ficta illa ratione, cur liberos totidem numero solum, non duplicato Iobum accepisse arbitratur, animae possit probari immortalitas. v. 23. Nun augmentatiu. cum **ה** parag adeo non est innitatum, ut delendum sit in **שבעה**, aut v. 25. **נצא** legendum, aut v. 26. **ה** in **ירא** supplendum, quod iubet critica Houb. autoritas.

existimatio: Ita nos etiam ex hac promissa a patre, et publice demonstrata per admirabilem illam Spiritus S. missionem, gloria Christi intelligimus; quanta sit eius personae, doctrinae et redemptionis dignitas apud Deum et efficacia; quanta sit humanae salutis, ab eo nobis recuperatae, per eumque solum impetrandae, cura Dei prorsus singularis, quae vel maxime ex hac ipsa filii eiusque Spiritus missione elucet. Difereret ea de re facunde doctaque et eleganter Vir Nobilissimus et insigni doctrinae virtutisque ac morum suavitatis laude Clarissimus Dn. M. CHRISTOPHORVS HENRICVS NESTLERVS Lipsiens. et orator in templo Paulino Vespertinus, dicetque *de singulari Dei cura in formandis animis ad religionem*. Cuius vt beneuole audiatis orationem, COMITES ILLUSTRISSIMI, VTRIVSQVE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, GENEROSISSIMI ET NOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES, officiose et peramanter rogo et obsecro. P. P. Dom. Exaudi A. R. S. C191CCCLXXII.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



Fd 3348

ULB Halle 3
002 500 558


f
sb.

mt.





23

R E C T O R
 ADEMIAE LIPSIENSIS
 A D
 ECOSTALIA SACRA
 SOLEMNI ORATIONE
 EMPLO ACADEMICO
 CONCELEBRANDA
 INVITAT

*videntiae, ex fine sermonum Elibui, et sententia ipsius
 Dei decretoria a Cap. XXXV. ad C. XLII.*

